geminatae causas, iniuriae iam tendetis, nam postquam
agrestis innotui, praesumo dicere me parentem. Domine
mihi salutatis officium dicens, spero ut circa litterarum
munia frequentiam commodetis, in qua opere adsidui-
tatem et amans exhibetis fecundus.

ENNODIUS · ARCOTAMIAE ·

Ita supra claritatem generis morum luce proficitis,
ut quos etiam uobis non nectet propinquitas, actuum
uestrorum bona subiciant. Quis enim non perfectam
reuerentiam sit paratus inpendere animae in dei cultura
sublimi? quia peregrinum se facit a redemptori (redemptoris) gratia qui
do non suspicit obsequenter. Indicium enim est conuersatio
nis praecipuae, Xpi nostri amare cultores. Proximus est gemin
actis simus, qui diliget iam probatos. Testimonium dat bono
rum sine dubitatione meritorum, si studeas laudibus prose
qui sub debita continuatione perfectos, fit sacis proximus, qui
in illis sine fuco praedicat sanctitatem, quaecumque diligentia
hortante praetuleris dispendium pudoris est ne sequaris. Quis sed
uta uerecundia per pinosa (per spinosa) gradiens, purgatum iter adtollat?
Et qui iam salutis aspiciens, callis eligat noxiorum. Professio
caecitatis est, bona ante oculos in exemplum locata respuere,
et unde imitatione proficias, non tenere. Haec mi domina
dete non incertis fama nuntiauit indiciis, non loquax uulgus.
per ignarae iudicii ora iactauit, cui mos est de humanis actibus
dum scintillas in roguis animat anplicatas fidelium flammas
extinguere. Hac nostrorum relatione propinquorum, praeci
pue tamen domina et sorore Euprepia referente, percre
buit, Non solum uos dignas esse praeconiis, sed institutis se ce
lebrandum, et uenerabili filio cum prosapiae tradiis sanctam
conuersationis ingerere. Habet quantum conperi lyri
nensis habitator quod de sancta matre discat, etiam quae
orbata domicilia non reliquid. Si mihi credit pietas tua,
plus est in acie uicisse seculum quam uitasse · resignat.

© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0315